

LXXX. VII A. ii benedictus per omnia secula seculorum Amen.

29 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 306. f. max. Inest *Johannis de Hesdino Artesii Ordinis Fratrum Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani Commentarius in Librum Job amplissimus*, in *Capita XLIII. distinctus*. Praeit *Index alphabeticus rerum in eo contentarum*. Sequitur *Probemium* apud nos mutilum, incipiensque ab his verbis: *in manibus Christianorum non peruenerunt, ut dicit Jeronimus lib. de illustribus viris, fuit ille philo iudeus nacione, ciuis alexandrinus de genere sacerdotum &c.* suppleri tamen potest ex *Sixti Senens. Biblioth. sancta*, ubi tale statuitur initium: *Usque in tempus sustinebit &c.* licet Codices bini Coll. Navarraei juxta *Oudinum Commentar. T. III. col. 1225.* sic exordiantur: *Quia ut dicit Cassiodorus &c.* Jam Commentarius ipse *scholastica phrasi*, teste *Sixto Sen.* elaboratus hoc modo ingreditur: *Vir erat in terra hus nomine Job. habita diuisione libri accedamus ad textum. Quis fuerit iste Job dictum est. Terra Hus erat quedam patria in terra caldeorum denominata ab hiis qui fuit primogenitus Nachor, ut dicitur gen. XXXII. Sic vero terminatur: Nam quis est alius noster finis nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis. Ad quod regnum nos perducatur, qui in trinitate personali et una simplici deitate in eternum uiuit et regnat deus*

Praeter autores citatos meminere Nostri, aliorumque ejus scriptorum *Trithemius de Scriptt. eccl. n. 678.* *Fabricius Bibl. med. et inf. Lat. edit. Patav. T. IV. p. 83.* *Foppens Bibl. Belg. T. II. p. 658.* Doctor Academiae Parisinae circa an. 1390. clauit, nomenque patriae ejus ab aliis etiam *Hisdinium*, quin *Isdinium* scribitur.

LXXXI. VII B. ii

88 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 219. f. eleganti manu exaratus et rubricis distinctus continet sine *Autoris* nomine *Exegeseos de Psalmodum Libro Partem I. a Psalmo videlicet I. ad Psalmodum LXVII.* Fronti Codicis inscriptum est: *Iste liber est monasterij Sancti Geori martiris Hertzoggnburge Canonorum Regularium.* Praefatio incipit: *Quoniam illo auxiliante sine quo omnis actio et intentio cassa est psalterium incepturi sumus.* Explanatio vero ipsa: *Primus psalmus duabus de causis caret titulo &c.* Ultima verba in Cod. sunt: *Et quia difficilem psalmum ad intelligendum et prolixum tandem deo adiuuante peregimus. inde benedictus deus.* Sed alia manus rationem adjecit, cur singulis Psalmis verficulus *Gloria Patri &c.* subdatur hoc initio: *Iste uersiculus post unumquemque psalmum cantatur. ideo scilicet. quia unusquisque psalmus sue sit ex-*
N 2 bor.

*hortatorius. seu laudatiuus. seu
hystoricus. uel quocunque modo
fiat. semper fit cooperatione trini-
tatis &c.*

LXXXII.

VII B. 12

89 Codex membraneus lat. Sec.
XII. Folior. 165. ejusdem cum

Durent scriptoris cum laudibus expositoris.

Aut quicunque legis opus hoc utriusque memor sis.

Impressus est Commentarius hic
*Opp. Ven. Bedae T. VIII. edit.
Colon. 1688. a col. 308. f. sed
Oudinus T. I. col. 1706. genui-
num Bedae foetum esse negat,
Mabillonius in A&. SS. O. S. B.
Sec. III. P. I. p. 555. in dubio-
rum saltem classem rejicit. Quid-
quid demum fit, eliminanda est in
edit. suprac. col. 884. Nota illa,
qua monentur Lectores, Bedam
morte praeventum Commentarios
hocce non nisi ad *Psal. CXXI.* per-
duxisse. Nam, ubi *Codex*, quo
Colonienfes usi sunt, imperfectam
deserit sententiam: *In qua delectatione****, noster a *fol. 145.*
prosequitur: *uel in atriis tuis in-
stantes erant pedes nostri id est af-
fectiones nostrae nimis erectae sunt*
&c. atque sic Explanatio eodem
tenore usque ad ultimum *Psalum*
decurrit; quam proinde Com-
mentariorum partem typis haec-
nus nunquam prodiisse putem.*

Ceterum *Codici* nostro prae-
textum est folium sec. ut opinor,
XIII. exaratum et particulam *Li-
bri IV. Aeneid.* a v. 78. ad v.
294. complexum; ad calcem ve-

priori praestantiae est *Pars II.*
Exegeteos de Psalorum Libro,
pertingitque a *Psalmo LXVIII.*
usque ad finem. Initium est: *Sal-
uum me fac Deus. In finem. pro
bis qui commutabuntur &c.* Ulti-
ma Codicis: *Nos quoque quia la-
boris magnitudinem terminaui-
mus. in spiritu dominum laudemus.*

ro illius sequens *Traditionis* for-
mula legitur: *Notum facimus tam
presentibus quam futuris. quod ui-
dua quedam. Juta nomine. terciam
partem uineae cuiusdam. super aram
S. Georii potenti manu delegauit.
uiro suo Geroldo nomine uiam uni-
uerse carnis ingresso. delegauit au-
tem consentiente nepote ejus Al-
berto. Huius rei testes sunt ex fi-
delibus huius ecclesiae. Chunradus.
iudex. Rubertus cum fratre suo.
Ebergerus. — — Hainricus.
Wirsingus. Fridericus.*

LXXXIII.

VIII. G. 7.

Codex membraneus lat. Sec. 584
XIII. Folior. 169. 4. nitide exa-
ratus, olim, ut ad calcem ha-
bes, *Sancte Marie in Wilberin-
gen*, quod est Coenobium Ord.
Cist. *Austriae* supra *Anasum*, com-
plectitur *Commentaria in totum
Psalterium* a nemine, quod sciam,
haecenus prodita, quorum initium:
*Beatus vir. Materia huius libri est
christus integer caput cum membris.
de quo agit propheta hoc modo. Lo-
quitur enim aliquando simul de to-
to.*